

ZUR DEUTSCHEN LEGATION DES  
CARDINALS BESSARION 1460.

---

Nach vielen Mühen erlangte Pius II vom Kaiser Friedrich III, dass auf zwei Reichstagen über den Kreuzzug gegen die Türken verhandelt werden sollte. Der eine ward für den Sonntag Invocavit 1459 nach Nürnberg, der andere für den Sonntag Judica 1459 an das kaiserliche Hoflager angesagt. Unterm 15. Jänner 1460 ward der berühmte Cardinal *Bessarion* als „Legatus a latere“ abgesandt, um auf beiden Versammlungen den Vorsitz zu führen (Raynald, *Annales eccles. 1460 § 18*). Im harten Winter trat der 65-jährige Cardinal die Fahrt über die Alpen an. Während seines Aufenthaltes in Deutschland beschäftigte den mit weitgehenden Befugnissen ausgestatteten Vertreter des Papstes nicht allein der Türkenkrieg, sondern es waren auch Bittgesuche und Beschwerden mancherlei Art zu erledigen, wie ein Erlass Bessarion's in Sachen des Franziskanerordens zeigt. Von diesem Erlass besitzt das Reichsarchiv in München ein *Vidimus* (Orig. Perg. c. Sigillo), welches Johann Hayden, Dekan an der alten Kapelle zu Regensburg, dem dortigen Minoritenkloster zu St. Salvator d. d. Regensburg 10. Aug. 1463 ausgestellt hat. Seit Jahrzehnten bestand zwischen den beiden Zweigen des Minoritenordens, die sich Conventualen und Observanten nannten, die grösste Rivalität, welche in gegenseitigen Beleidigungen und Gewaltthätigkeiten zum Ausdruck kam. Sobald die Angelegenheit zur Kenntnis des Cardinals Bessarion gelangte, erachtete er es als Generalprotector des Franziskanerordens für seine Pflicht, sie der Entscheidung des apostolischen

Stuhles zu unterbreiten. Papst Pius II übertrug die Untersuchung und Entscheidung der Sache einer Cardinalscommission, der selbstverständlich auch Bessarion angehörte. Es gelang der Commission zwar, eine Einigung zwischen Observanten und Conventualen herzustellen, welche durch eine Bulle Pius' II. bestätigt ward, aber sie war nicht von Bestand; denn gar bald begannen die Observanten unter dem Deckmantel des Reformeifers ihre Plackereien gegen die Conventualen von Neuem. Während Bessarion auf seiner deutschen Legation zu Wien weilte, beklagten sich die Vorstände der Conventualen und die Oberinnen der Clarissen in der *Ordenscustodie Bayern*, dass sie von den Observanten nicht nur beleidigt und belästigt, sondern auch ihrer Klöster und Besitzungen beraubt würden. In dem schon erwähnten Erlass vom 9. Sept. 1460 verbot nun Bessarion den Observanten jedwedes Ehre oder Besitztum schädigendes Vorgehen gegen die Conventualen, unter Strafe der Excommunication latae sententiae auch für den Fall, dass sie damit den Willen weltlicher Fürsten erfüllten. Wie wenig indess das ernste Verbot des greisen Protectors Eindruck machte, zeigt der Umstand, dass wenige Jahre nachher die Observanten mit Zustimmung Herzog Ludwigs des Reichen sich des Conventualenklosters in Landshut bemächtigten (vgl. K. Eubel, Gesch. der oberdeutschen (Strassburger) Minoritenprovinz, 62).

Bessarions Erlass lautet, wie folgt:

*Bessarion, miseracione divina episcopus Tuscanus, sacrosancte romane ecclesie cardinalis Nicenus vulgariter nuncupatus, in partibus Alemanie et Germanie locisque omnibus in eisdem sacro Romano imperio subjectis apostolice sedis de latere legatus necnon tocius ordinis fratrum Minorum sancti Francisci generalis protector, visitator, corrector et reformator ad perpetuam rei memoriam. Cum universum ordinem Minorum nobis et fidei nostre commendatum prero-*

gativa dilectionis et gracie specialis amplexemur in visceribus Jhesu Christi, non possemus graviter non turbari, si quid inter viros religiosos fratres eiusdem ordinis dissidii reperet, quod eorum eciam in modico scinderet veritatem aut puritatem leviter macularet, cum secundum Apostolum deo, angelis et hominibus spectaculum facti fuerint, vix esse posset in eis ruga tam tenuis vel macula ita latens, quin laci et conspectius quam in aliis appareret et non solum malivolis detractionis preberet causam, sed eciam benevolis iniceret conscientie scrupula vel *invitis*<sup>1)</sup>. Hinc est, cum alias ad nos relatum fuissest de diversis differenciis et dissensionibus, que inimico humani generis zizania seminante oriri ceperant, ymmo, prohdolor, orte iam erant inter fratres eiusdem ordinis de observancia nuncupatos ex una et conventuales appellatos ex altera, nos, ut tanta res melius parari posset et quod statueretur, perpetuus (*sic*) robur haberet, duximus id ad sanctam sedem apostolicam et sanctissimum dominum nostrum dominum Pium papam secundum in ipsa presidentem ex nostre protectionis officio referendum. Qui cum rem predictam nobis cum nonnullis aliis Romane ecclesie cardinalibus discuiendam, intelligendam et terminandam commisisset, tandem rem ipsam cum Dei favore communi tam Observancium quam Conventualium consensu pacifice composuimus et concordavimus, factis super inde certis capitulis, in quibus inter cetera cavebatur, ne in posterum Observantes ipsi conventus aut monasteria Conventualium, nec ipsi Conventuales conventus vel monasteria Observancium accipere, infestare vel aliquo modo molestare presumerent. Que capitula omnia prefatus Sanctissimus dominus noster auctoritate apostolica confirmavit, inhibens sub pena excommunicationis late sentencie omnibus et singulis fratribus ordinis Minorum, ne in posterum dicte conven-

---

1) Das Wort ist in der Urkunde schwer zu entziffern.

cioni contravenire auderent vel conventus aut monasteria alterutrorum usurpare prout in litteris apostolicis desuper confectis, quarum tenores hic habere volumus pro expressis, plenius continetur. Cum vero nuper ad aures nostras relatum fuerit per dilectos filios, custodes, gwardianos et fratres Conventuales custodie Bavarie provincie Argentinensis nec non ex parte abbatissarum monialium dicte provincie ordinis sancte Clare, quod ipsi fratres et moniales ac domus eorum in dicta provincia plurimas in dies a vicariis et fratribus de obser vantia nuncupatis iniurias et molestias patiuntur, qui eorum conventus et monasteria usurpare aliasque tribulationes inferre non desistant, idcirco, ne aliquis forte sub pretextu ignorancie dictorum capitulorum concordie et bulle sanctissimi domini pape desuper confecte se excusare possit, tenore presencium auctoritate, qua fungimur, apostolica et nostri protectoratus officii omni meliori modo, quo possumus, decernimus et mandamus, quatenus dicti fratres minores nullum sibi posthac invicem impedimentum aut molestiam inferre nec conventus aut monasteria seu loca quecunque alterutrorum usurpare presumant quocumque quesito colore vel causa, eciam si a secularibus vel dominis locorum interpellati vel quocumque modo vocati fuerint, sub pena excommunicacionis, quam contrafacentes aut assensum prestantes ipso facto volumus incurrere, a qua per neminem nisi per sedem apostolicam possint absolvvi. In quorum omnium fidem et testimonium presentes nostras litteras fieri nostrique sigilli maioris jussimus et fecimus appensione communiri. Datum Wyenne Pataviensis diocesis anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo, indictione (*sic*) octava, die vero nona mensis Septembris pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Pii divina providencia pape secundi anno tertio.

Dr. F. X. GLASSCHRÖDER.